

**Anno B****Lectio prima**

*Morte turpissima condemnemus eum.*

Léctio libri Sapiéntiæ

2, 17-20

Dixérunt ímpii:

« Circumveniámus iustum, videámus ergo si sermónes illíus veri sint, et tentémus quæ ventúra sunt illi, et sciémus quæ erunt novíssima illíus.

Si enim est verus fílius Dei, suscípiet illum, et liberábit eum de mánibus contrariórum.

Contumélia et torménto interrogémus eum, ut sciámus reveréntiam eius et probémus patiéntiam illíus.

Morte turpíssima condemnémus eum; erit enim ei respéctus ex sermónibus illíus ».

Verbum Dómini.

**Psalmus responsorius Ps 53, 3-4. 5. 6 et 8 (R.: 6 b)**

R. Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Deus, in nómine tuo salvum me fac,  
et in virtúte tua iúdica me.

4 Deus, exáudi oratióñem meam,  
áuribus pérçipe verba oris mei. R.

5 Quóniam supérbi insurrexérunt advérsum me,  
et fortes quæsiérunt ánimam meam,  
et non proposuérunt Deum  
ante conspéctum suum. R.

6 Ecce enim Deus ádiuvat me,  
et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

8 Voluntárie sacrificábo tibi,  
confitébor nómini tuo, Dómine,  
quóniam bonum est. R.

**H**OW HAS THIS never been done before? Rehearsal videos—*each individual voice!*—for the best Roman Catholic hymns ... completely free of charge! Search the **Brébeuf Portal**: <https://www.ccwatershed.org/brebeuf/list/> for items like “Easter” or “Advent” or “Eucharist.”